

habens notitiam scripturæ. & aff. Et in ad adificandum populum, debet predicare non obstante præsentia excommunicatione. Contra hunc egerat in 3. part. quæst. 67. art. 1. & quæst. 71. art. 4. & in 2. 2. quæst. 187. art. 1. & in 4. dist. 18. q. 2. Error 18. Quilibet predicantis Offitium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi, nõ obstante excommunicatione. Hunc confutauerat locis modo citatis, & in 4. d. 24. q. 1. per totã, & alijs pluribus locis Error. 19. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, ad sui exaltationem clerus populum sibi laicum supeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, viam parat Antichristo. Contra istum egerat in 4. dist. 18. per totam. Error 20. Si Papa est malus, & maxime si est præsumptus, tunc ut Judas Apostolus est diabolus, sui & filius perditionis. Contra istum egerat in 3. part. q. 8. art. 6. & quæst. 64. art. 5. Error 21. Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesie, & quodlibet eius membrum iungitur Christi capiti indissolubilitate. Contra istum disputauerat 1. part. quæst. 23. art. 2. & 3. part. quæst. 8. art. 3. & 6. Error 23. Papa nõ debet dici sanctissimus etiã secundum Officium: quia aliàs Rex deberet dici sanctissimus secundum Officium. & tortores, & precones dicrentur sancti, imo, & diabolus deberet dici sanctus, cum sit Officiarius Dei. Hunc refutauerat in 2. 2. q. 1. art. 10. in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. & lib. 2. de regimine, c. 14. & lib. 3. c. 10. & similiter refutauerat. Errorem 22. & 24. & 25. Error 26. Non eo ipso quo electores, vel maior pars consenserit vna voce secundum ritum hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa. &c. Contra istum egerat in 2. 2. quæst. 63. art. 2. & quæst. 185. art. 3. & Quodlib. 5. art. 2. & Quodlib. 7. art. 1. Errorem 27 & 28 & 29. confutauerat in 2. 2. quæst. 1. art. 10. & 3. p. q. 8. art. 6. & lib. 2. de regimine Principum cap. 14 & lib. 3. cap. 10. Ultimus error. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali. Contra istum scripserat in 2. 2. q. 10. art. 1. & lib. 1. de regimine Principum cap. 6. & 3. part. quæst. 8. art. 6. & quæst. 64. art. 5. & alijs pluribus locis.

In eadem sess. 15. damnatur alius error quorundam dicentium. Quemlibet tyrannum posse & debere licite, & meritorie occidi per quemcumque vassallum suum vel subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles, blanditas, vel amirationes, non obstante quocumque præstito iuramento, si u confederatione factis cum eo, non ex peccata sententia, vel mandato Iudicis cuiuscumque. Quem errorem confutauerat antea S. Tho. lib. 1. de regimini Principum cap. 6. & in 2. 2. q. 42. art. 2. & in 2. dist. 44. quæst. 2.

In eodem Concilio sess. 4. & 5. definitum fuit, Concilium esse supra Papam. In quo decreto decepti fuerunt Conciliares, nec Martinus V. confirmavit ipsum, sed postea Eccle-

sia definiuit contrarium, vt infra videbimus. Quare tunc Patres in Concilio Constantiensi taceret tale decretum, non ex doctrina S. Thomæ, sed contra illam, quam scripserat in 2. 2. quæst. 1. art. 10. & quæst. 10. de potentia art. 4. ad 14. & in 2. dist. 44. in fine & in Opus. 1. contra errores Grecorum ad finem.

Quarrum Concilium fuit Basiliense, quod & si autoritate Summi Pontificis fuit initio congregatum, tamen postea autoritate Eugenij IIII. iussum fuit dissolui, quod noluit obedire Papæ, & ex tunc fuit verum in sinagogã Satanæ, & ausu superbo prætentit deponere Papam à sua Sede, & diffiniuit Concilium esse supra Papam, & alia similia decreta fecit, non quidem ex doctrina S. Thomæ, sed contra illam positam in locis proximè notatis. Excipio damnationem illarum propositiorũ Augustini de Roma Archiepiscopi Nazareni, quæ facta fuit in sess. 22. Nam illas assertiones iam confutauerat S. Tho. in 3. part. quæst. 2. & sequentibus, vnde illi Conciliares potuerunt iubari ad suam damnationem rectè ac verè faciendam.

Veniamus ad Concilium Florentinum sub Eugenio IIII. quod est ordine V. post obitum S. Thomæ celebratum. In quo à sess. 18. inclusiue vsque ad vltimam, & vigessimam quintam disputatum fuit de Processione Spiritus Sancti à Filio inter Ecclesiam latinam, & Græcos, agente partes Ecclesie latine Ioanne Theologo, qui fuit Fr. Ioannes de Monte Nigro, Ordinis Prædicatorum, in sacra Theologia Magister, vt testatur S. Antoninus 4. part. Theologici tit. 11. cap. 7. §. 3. tanquam testis præsens, & oculatus. Ibi igitur quæcumque respondit dictus Theologus pro fide Ecclesie latine contra Græcos, hausit ex doctrina S. Thomæ posita in Opusculo cõtra errores Grecorum, & in 1. part. quæst. 36. art. 2. & 3. & in 1. dist. 11. quæst. 1. & de potentia quæst. 10. art. 4.

Quare postea Eugenius IIII. cum Concilio formans decretum de processione Spiritus Sancti à Patre, & Filio vsus fuit eisdem verbis, quibus S. Thomas in locis allegatis traderat veritatem Catholicam. Et postea articulum de consecratione in azimo, vel fermentato, etiam definiuit eo modo, quo scripserat ipsum S. Tho. 3. part. quæst. 74. art. 4. Articulum etiam de Purgatorio, & de suffregijs pro animabus eius, definiuit etiam iuxta doctrinã S. Tho. in 4. dist. 21. quæst. 1. & sequentibus, & dist. 45. quæst. 2. & lib. 4. cõtra gentes, cap. 90. & Opus. 1. 2. & 3. Et articulum de animabus purgatis, aut purgatione non egentibus, quod mox recipiantur in Cælum ad visionem clarã Dei, definiuit, vt docuerat S. Tho. in 1. 2. q. 4. art. 5. & in 4. dist. 49. quæst. 4. art. 5. & lib. 4. cõtra gentes cap. 47. & de potetia quæst. 5. art. 10. & alijs pluribus locis. Et articulum de morietibus in solo Originali, aut mortali actuali peccato, quod eorum animæ mox ad infernũ def-

Concil.  
Basili.

Concilio  
Florent.

Ioann.  
Theolo.

S. Anto-  
ninus.

def.